

215

Atque nec quidem hæc perfecta omnia. Sed expectabimus tamen de ad i. b. v. benedictionem Domini. Quod si quandoque magis adspiraverit hæc votis nostris Dominus, tuis una consiliis uti cupio, ideo et tuam per literas amicitiam mihi conciliandam duxi. Et plane statues, vir honoratissime, negotium tibi cum homine ingenuo, et salutis Ecclesie perstudioso esse. Nunquam fallam Ecclesiam, aut obere commodis ejus, quia et nominatim addo; nequaquam ex iis sum, qui temeritate novitates, Ecclesiam perturbant, sed obstiti, huc usque, salubri, quantum in me fuit. Vocatus antehac ab Enthusias in Hollandia, itemque ab Amsterodamensibus, recusavi utramque vocationem, ob gliscentes jam tum illic novationes. De cetero te rogo, vir Clarissime, ut audaciam hanc meam te compellendi, benigne consulas. Tum vero jucundissimum mihi erit, subinde tecum de bonis rebus ad Ecclesie usum pertinentibus, conferre. Deum Opt. M. seris votis conprecor, ut te sicut et tui similes pravo huic seculo retundendo, quam diutissime servet incolumem. Tuas cum desiderio expectabo. Atque hoc addam, discipulus fui insignium Theologorum D. Zach. Ursini, et D. Hieron. Fauchij Neostadii An. 1562. Bene vale Vir Clarissime et præsule. Wesalia Clivorum.  
2<sup>o</sup> Aug. 1613.

157

Clarissimo Davidi Læro Herman Ravensperger.  
S<sup>r</sup> Reverende et Clarissime Theologe; frater in Christi observanter honorande. Consilii sui candore delector et abunde, ex eo munere usurpo letitiam. Nullum a. animi tui specimen vel desiderii mei solamen potest esse, jucundius, quam quod saliter apud me, merito- rum tuorum cultus augetur. Hortatu tuo à refutatione catech. Polonici Sociniani lactentis abstineo et porro abstinere, nisi extrema necessitas ejusmodi quid mihi extorqueat. Non sunt novi, nec me ignoti, hoc loco gryphi Infausti Socini, cujus culpam novit is, qui novit omnia. Sane ne infelix illud et peregrinum solium radicibus hæc extirpetur, curant sedulo Pseudopostoli, qui subinde, ex Polonia, huc mittuntur.

Ego quantum possum, in scilicet illis fortiter resisto, nec rem  
ullam tantam esse puto, ut à recto et vero propterea  
sustineam deflectere. Interim doleo, quod id, quod pie volo,  
effectum dare non valeo. Potens enim est, progenies illis,  
qui instar Bileami conductus videtur, ut castris Domini  
maledicat. Pacti nuper fuerunt ministri aliquot Bel-  
gici incunde concordie causa. Remonstrantes, ut  
vocant, pacem crepant, veritatem inquinant et im-  
pugnant, non videntes displicere Deo clandestinum  
illud Sivortium. Obiiciunt nostros, quod turbatores  
sint in Ecclesia. Sed commune hoc eis est cum  
Achabo, qui cum turbasset Israelem, id tamen crimi-  
nis obiiciebat Elia. Gaudeo quod nuper ex literis  
tuis ad amicum quendam intellexi, quis sit Acronius  
ille, qui stratagemata Satanae scripsit; cuius libellos  
D. Vorstius post libros Scripturae voluit mihi esse  
commendatissimos. Plura nunc non addo. Dnius  
tuae senectutis laboribus affatim in rem Ecclesiae  
benedicat. Raptim 7 Junij Hoibus Steinf. Benth.

158.

Carissimo D. Patris Joannes à Munster in Vortlage.  
S. P. Reverende et Carissime. Vir, amice summa  
observantia colende. Quam mihi et filio meo  
gratulatus sum, atque etiam nunc gratulor, quod à  
te hospite tanto filius meus receptus est in con-  
victum, non facile scripserim. Facilius enim  
scio, quam effari, quanti referat juvenes tales habere  
hospites. Spero quoque filium meum tibi tuisque non  
fore molestum, curaboque, ut omnia suo tempore  
cum gratiarum actione persolvantur. Epithala-  
mia filii tui doctissima, quibus cum tota Angelo-  
rum et hominum Ecclesia nuptis Electricitatis  
et Regis merito congratulatur, fuere mihi gra-  
tissima. Sex libros contra Bellarminum s. quo-  
rum partem ex te habeo s. tuo mihi comparabo  
tempore. Quod Spanii Jesuita furias et dicitur  
tatem non curas, neque te in cursu retardari susti-  
nes, probo, oroque Deum, ut labores tuos benedicere,  
et te in